

LI

facies admodum gratam: si ostenderis: quid ea de re actū sit. Vale ex Mediolano. kal Septembres. M. cccc. Lij.

Notat de huiusmodi
Franciscus Philel. Frācisco scalamōti eqti aurato sal.
u Ererer pfecto: ne tu me uel obliuionis uel negligē-
tia accusares: qđ iam tot annos nullas ad te litteras
dederi. Sed eo te puto i me eē æquiorē: qđ iā pridē
cognoris eo me esse ingenio: ut neq; hominē amicissimū
obliuisci quāam: nec ullā propemodū uirtutē offerri pati-
ar: qua magis delecter qđ diligentia & officio. Dedi ad te lit-
teras bis & iterum: posteaq; tu nihil responderas. Dediq;
ad te libros de exilio: qui ubi post nō parum temporis ad
mē reuertissent: renunciarunt nequaq; te offendisse: qui p-
pe qui abesses Anconæ in Dalmaciam. Miratus autē sum:
ubi redijsti Ancona: nihil omnino scripsisse mihi. Itaq; tibi
cauendum est: ne aut negligentia accusaris: aut obliuio-
nis: Cæterum danda est opera: ut quod tempus interce-
pit: reficiat diligētia: hoc ē: ut qđ sapissime ad me scribas: id
quod me tecum obseruaturum bona fide polliceor. Vale
Ex Mediolano Nonis septembribus. M. cccc. Lij.

Franciscus Philelfus Nicolao Varoni sal.
n Vdiusquintus alteras ad te litteras dedi: quibus
ostēderā me nup factū a Petro Thomasio ex Ve-
netijs certiorē anno supiore cum me Cræmonā re-
cepissem & suo & Bernardi Iustiniani nomine tibi ab Ni-
colao Barbo litteras ad me datas: quas equidem ipse nun-
quā accepi. Itaq; rogo te: ut me qđ primum cōmonefacias:
si quid hac de re certi habes: hoc erit mihi uæhemēter gra-
tum. Ad hæc scire ex te cupio: qua uia plinium de natura
li historia mihi cōparare quāam. Audio em̄ hunc esse apđ
uos doctissimi Aurispæ Guaryniq; diligentia recte emen-
datum. Neq; librorum penuriā istic eē puto: ubi omniū
bonorum quibus ciuils hominum foelicitas constare ex-
istimatur: exundat affluentia. Vale Ex Mediolano Nonis
Septembribus. M. cccc. Lij.

Franciscus Philelfus Petro perleoni sal.
fi Amiliares Ciceronis epistolā quas petebas: uana